

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

---

Christoph Martin Burchard

**Programma Qvo Rector Academiæ Rostochiensis Christoph. Martin. Burchardus,  
In Memoriam Diei Natalis Jesu Christi, Civibus Academicis Christum, Tanqvam  
Dominum Pacis Sistit, Et Ipsiis Pacis Commendat Studium Sancte Colendum**

Rostochii: Typis Ioan. Iacob. Adleri, [1738?]

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1004022174>

Druck    Freier  Zugang





T. 512.

1738. Weihn.

A-1256. 250.

W. 1738


PROGRAMMA  
QVO  
RECTOR ACADEMIÆ ROSTOCHIENSIS  
**CHRISTOPH.MARTIN.  
BURCHARDUS.**  
IN MEMORIAM  
**DIEI NATALIS  
JESU CHRISTI,**  
CIVIBUS ACADEMICIS  
*CHRISTUM, TANQVAM DOMINUM  
PACIS SISTIT,*  
ET  
*IPSIS PACIS COMMENDAT  
STUDIUM  
SANCTE COENDUM.*



---

ROSTOCHII,  
Typis IOAN. IACOB. ADLERİ, SEREN. PRINC.  
& ACAD. Typogr.

M. 1256 250



**P**Ræsentis Diei festivitatem ac solemnia Vobiscum celebraturus, Cives Academicí, merito pro consuetudine receperat argumentum circumspicio, de quo sermonem instituam, *Vesta contemplatione dignum.* Nam quamvis felicissimus & universo generi humano adeo salutaris Salvatoris Nostri in hunc mundum adventus, in genere abundantem differendi copiam nobis subministret, varia tamen in specie de eo afferri possunt, singulariter consideranda, & animadversione digna, sive theoriam maximi hujus Mysterii respiciant, sive practicæ contemplationis fuerint, & ad animi morumque emendationem faciant. Hoc itaque dum mecum verbor, convenientissimum judicavi, si tale proponerem, quod vestris moribus, vitaque generi, quod nunc invalescere viderur, respondeat. Suppedidatur nobis id per Evangelist. Lucam Cap. II. 14 nam postquam Vir Divinus commemorasset, Filium DEI humanam Naturam in suam recepisse *κατοστοτην*, & non solum a Maria, sed etiam ex Maria hominem natum; mox subiungit quod Angelus DEI hanc felicitatem annunciaverit ovium pastoribus, in campo degenilus; ac simul ingentena celestium Spirituum Exercitum comparuisse, qui in Iuvavissimum harmonicum concentrum eruperit, Ehre seyn Gott in der Höh'e, und Friede auf Erden, und dem Menschen ein Wohlgefallen. Haec verba, Cives Amantissimi, aperte ostendunt, Causam Summi hujus Mysterii, quod Divinam Naturam cum Humana in unam conjunxit Personam, potissimum in eo versari, ut Filius DEI, Θεανθρωπος, Mediatorem ageret, inter DEum admodum offensum, & Homines, æternæ damnationis reos; ut sic Pacem redderet inter Creatorem & Creaturas, omnibus gratiam acceptamque. Hinc Salvator Noster, Dux ac Princeps Pacificationis dicitur, der rechte Friede-Fürst: Huic namque negotio tam abundanter satiscit, & tam plenarie mortales cum Parvo Celesti reconciliavit,

vit, ut nil in *Fidelibus superfit, odio, multo minus damnatione, dignum.*  
PAUL Roman. VIII. 1. Hinc jam olim ESAIAS, Divino Spiritu agitatus, hanc felicitatem prævidens, Cap. LII, 7. lætabundus exclamat, wie lieblich sind auf den Bergen die Füsse der Boten, die Friede verkündigen, gutes predigen, Heyl verkündigen, die da sagen dein Gott ist König. Imo ipse Dominus Pacis, Mundo valedicturus, ut Discipulis, quorum afflictionem ex discessu suo prævidebat, certissimum solatii & felicitatis in coneussæ fundamentum relinquere, ita eos confirmat: Den Frieden lasse ich Euch, meinen Frieden gebe ich Euch. Joh. XIV. 27. Hoc promissum, Cives, instar thesauri, omnium maximi, æstimandum est, cum quo omnes totius mundi divitiae non sunt comparanda. Hæc est illa Pax, quam pretiosissimo suo sanguine nobis comparavit, cum se ipsum in Sacrificium offerret, Filius DEI, Summi Sacerdotis fungens officio. Hæc est Pax ista, quæ omnem captum humanum superat; quæ DEum, quam maxime offensum, nobisque infensum, ac in vindictam armatum, nobis reddidit Begrannissimum; ut loco severi Judicis, Amantissimi Patris nomen assumpsicerit, nobisque potestatem concesserit, vicissim eundem Patris & Abba nomine compellare; imo nobis, tanquam Filiis suis, accessum ad futuram gloriam, ad hæreditatem cœlestem largitur. Quemadmodum autem hoc pacificationis officium, nos cum DEO reconciliavit, sic quoque in nobis ipsis tranquillitatem procurat, affectuum tyrannidem moderatur, conscientia inquietæ, & de se desperantis, turbas compescit, animo quoque nostro plenam securitatem ac confidentiam conciliat. Hæc denique Pax est, quæ ipsam vitam civilem reddit quietam, ut cum omnibus, sive nobis æquales, sive superiores, aut inferiores fuerint, amice conveniat; certe nos idoneos reddat, ut nullis turbis, dissidiis, odiis, aut dimicationibus involvamus. Nam quamvis & Pacifici non semper evitare possint injurias illorum, qui vel petulantor mali, ac stolidæ inflati, aliis, quos viribus forte inferiores judicant, proterve insultant; vel qui inter primarias prudentia regulas referunt, ex aliorum damno suum promovere commodum; sive vi & aperta oppressione, sive Stellionatus criminis, dolo, calumniis, & clandestina fortunarum subversione, finem suum assequantur: facile tamen is, qui Pacis, per JESUM CHRISTUM partæ, nobilitatem ac magnitudinem agnoscit, & quo animo perfert, quiequid sibi adversi obvenit. Non anim ad hanc vitam nati sumus, sed ad futuram: adeoque quemadmodum

modum is, qui peregre profectus, proprios lares repetit, non curat in:  
commoda itineris, sed impigre in proposito perseverat; sic quoque  
Christianus in ipsis adversitatibus, tranquillitatem animi servat; probe  
conscius, quod omnia mala, quæ in hac vita patitur, non respondeant  
glorie ac felicitati vitæ futuræ, ad quam iter meditatur; Sie sind  
nicht wehrt der Heiligkeit, die an uns soll offenbahren werden. Is ita-  
que non curabit inimicorum odia, invidiam, aut criminationes, non  
magis, quam Luna latratum eanum, imprimis cum etiam in hac vita  
nullum magis securum praesidium ac tutamen sit, quam a vindicta pro-  
pria abstinere. Qui enim reciprocationi injuriarum studet, is de novo  
hostem suum irritat, ejusque indignationem in se provocat; cum con-  
tra pacis studiis addictus, adversarium exarmatum reddat, ut sponte  
agnoscere cogatur, indignitatem facinoris, & savire desistat, in  
istum, quem commovere nequit. Ponamus vero, dari aliquem, adeo  
vecordem, ac scelestum, ut agnoscere flagitia sua nolit, sed eo impoten-  
tiori animo & majori licentia injurias prosequatur, quo minus resisten-  
tiae inveniat; non tamen ad extremum ducere rabiem suam poterit,  
publicis Legibus prohibitus; Qui enim a propria vindicta abstinet, tutum  
semper in Magistratus autoritate inveniet praesidium: imo, etiamsi  
& ab hoc destitueretur, non tamen destituitur gratia divina, ejusque tu-  
tela, & quas patitur afflictiones, tanquam castigationes respicit, a Patre  
Cœlesti amica manu immisgas, certe permisgas; probe gnarus, sine e-  
jusdem voluntate, ne pilum quidem ex capite suo defluere posse, &  
propterea ejusdem arbitrio obedientissime se submittit. Hanc tranquil-  
litatem, Cives dilectissimi, olim Stoici cum affectata sua indolentia repe-  
rire non potuere, licet moralem disciplinam ad insigne fastigium de-  
duxerint, ita ut plerosque, qui Christianum nomen profitentur, in pudo-  
rem conjicere possint. Errant enim omnino, qui adhuc persvasum volunt,  
quod vindicta bonum vita jucundius ipsa,  
nam si rem recte reputamus, nil magis rationi respondet, nil magis glo-  
riosum, ac animi nobilitati conforme, quam generose ignoscere inimi-  
cis, imprimis si in potestate nostra sit, eos coercere, & acri vindicta in  
eosdem animadvertere. Imo, quid generosius excogitari poterit,  
quam beneficiis quoque devincire istos, qui injuriis nos lacefiverant,  
& vindictam nostram in se provocaverant? Talem animi Nobilitatem  
nunquam non miramus, & deprædicamus in Josepho; is enim a fra-  
tribus

tribus morti primum destinatus, tandem vilissimi mancipii instar venum  
expositus, ac in duram servitutem traditus, licet sufficientem, imo post  
Parentis mortem, plenariam obtineret potestatem, juste eosdem, & pro  
meritis punire, non tamen id fecit: potius, cum fratres sponte agno-  
scerent, quid essent commeriti, non minus pie, quam generose respon-  
debat: Fürchtet Euch nicht, denn ich bin unter Gott. Ihr gedachteß  
böse zu machen, aber Gott gedacht gut zu machen; & non tantum  
plenarie ab accusatione eos absolvebat, sed etiam innumeris beneficiis  
cumulatos, sibi reddebat obstrictissimos. Cum ergo recta ratio, si no-  
bilitate animi duci se patiatur, abunde agnoscat, imo fateri cogatur, nil  
magis generosum esse, quam ignorare inimicis, multo magis id agno-  
scere deberet animus, Christiana morum disciplina rite innutritus.  
Nihil forte ex omnibus, quæ Christus ac Dominus noster in hac vita per-  
egit, facilius imitari possumus (voluit autem ut cum imitemur) quam  
hanc, qua nobis præivit, Virtutem. Is enim non solum placide ferebat  
inimicos suos, insidiatores, ac falsos delatores, sed etiam ipsum par-  
ticidii crimen, quod in se perpetrabant, apud Patrem cœlestem excusa-  
bat, & veniam deprecabatur; imo ipsi Malcho, aure truncato, saluta-  
rem non denegavit manum, licet inter lictores, ad se comprehendend-  
um missos, non postremum occuparet locum. Itaque non impossibi-  
lia nobis præcepit, sed rectæ rationi quam maxime convenientia,  
quando dixit, Lernet von mir, denn ich bin sanftmühtig, und von Herz-  
hen demühtig, Marth. XI. v. 29. it. Vergeltet nicht Böses mit Bösem,  
sondern Böses mit Guten, I Petr. III. v. 9. Wenn deinem Feinde  
hungert, so speise Ihn, dürfstet Ihn, so tränke Ihn, denn wirstu feurige  
Kohlen auf sein Haupt sammeln, Rom. XII. v. 20. Per prunas arden-  
tes intelligitur insignis mortificatio, quam inimicus patitur; nihil enim  
est, quod hostilem animum felicius coereere queat ut turpitudinem suam  
agnoscat, ac in ruborem conjiciatur, quam si ab isto, quem indignissime  
læsit, loco vindictæ, quam exspectabat, non solum remissionem delicti  
obtineat, sed etiam beneficis ornetur. ANTONINUS, Romanorum  
Imperator, ob laudabile quod gerebat Imperium, PHILOSOPHUS di-  
ctus, de se ipso scribit, Lib. I. f. 15. quod matutino tempore se præpa-  
ret, & ad se dicat: Hodie forte sibi obventurum arcanorum explorato-  
rem, stolidæ ferocem ac insolentem ingratum, aut defraudatorem? nemini  
nam tamen horum, se offendere posse, cum non adduci queat, ut vitium

X 3

ali.

aliquid contra suam voluntatem committat , aut ad iracundiam pro-  
ritetur ab ipsis, cum quibus arcto cognationis vinculo jungatur. Nam  
quamvis non de eodem secum sanguine sint , obtinere tamen eos ean-  
dem divinitatis particulam , quæ meliorem animæ nostræ partem con-  
stituit &c. Quid putatis Cives, de Viro Ethnico , imprimis tali, qui  
summa & illimitata potestate, qualem tum temporis Romanorum Im-  
peratores exercebant, gaudebat, siquidem ipso facto præstiterit, quod se  
præstare fatetur ? Quotus quisque hodiernorum Principum est, licet  
Christianæ Religioni additus fuerit, qui tam modeste potestate sua uta-  
tur? Vix hodie Majestatis læsæ crimen effugeret, qui arcana Principum  
propalaret, ipsis insultaret, aut defraudatorem ageret : Nihilominus  
generoso pectori hæc delicta excusare voluit Princeps, æterna memoria  
dignus, solis rationibus, ex Philosophia petitis, instructus : Quid speran-  
dum de ipso fuisset, si animum, Christiana doctrina imbustum, ad imperi-  
um attrumperet? Nonne ergo pudenda, imo detestanda est consuetudo, in-  
ter istos recepta, qui Christi nomine gloriantur, qua quamlibet offensi-  
onis occasionem avide arripiunt, & si forte animum, vindictam sien-  
tem, non penitus explere possint, odia tamen internecina servant, & sae-  
pe ad mortem usque pertinaciter fovent, Pacis per JESUM CHRI-  
STUM partæ immemores, & propterea beneficiorum, exinde fluen-  
tium, cum in hac, tum in futura vita, expertes? Errant enim quam-  
maxime, qui existimant, Pacem, qui inter DEum, & Fideles intercedit,  
consistere posse, cum rixis, contentionibus, aut digladiationibus, quas  
vel aperte excent, vel clandestine alunt, occasionem circumspicien-  
tes, ut per dissidias opprimant, quem aperto Marte aggredi verentur.  
Ita enim JOHANNES Ep. I. Cap. IV. 20. So jemand spricht ; ich  
liebe Gott, und hasse seinen Bruder, der ist ein Lügner, denn wer sei-  
nen Bruder nicht liebet, den Er siehet, wie kan er Gott lieben, den Er  
nicht siehet ? Itaque quotquot sunt, qui dissidia, & odia clandestina fo-  
vent, vel in apertas rixas & dimicationes prorumpunt, Pacem, per JE-  
sum Christum nobis comparatam, sedisfragi, evertunt, divinam in se  
provocant vindictam, imo æternæ damnationis se denuo faciunt reos:  
non enim remissionem peccatorum à Judice Supremo obtinet, qui pro-  
ximo eandem præfracte denegat. Hinc in Parabola apud MATTHE-  
UM Cap. XVIII. Regem rationes cum servis suis contrahentem ita dis-  
serentem introducit Salvator: Du Schalcs-Knecht, alle diese Schuld  
hab

Hab ich dir erlassen, dieveil du mich hatest; Coltesu denn dich nicht auch erbarmen über deinen Mitt-Knecht, wie ich mich über dich erbarmet habe?

Hæc ut præfarem, Cives, in causa fuit, invalescens vitæ genus, & pestiferi mores, quibus vos addicatis, quiue instar contagii serpere, & in plures successive se diffundere videntur,

Sicut grex totus in agris

Unius scabie cadit, & porragine porci;

Uvaque conspecta livorem ducit ab uva.

Non de omnibus mihi sermo est: plerique enim Studiosorum nostrorum & studiis aliquod pretium ponunt, & morum elegantiae student: itaque ne & isti tandem pravo exemplo invitentur, cavendum nobis est mature: præterea iniquum foret, permittere, ut quæ paucorum sunt peccata, in omnes redundant, & integro studiosæ juventutis ordini maculam imprimant, Vulgo enim non singulorum flagitia notantur, quasi AESCHINUS aliquis horrendo boatu civitatem repleverit, fores effregerit, aut in ædes irruerit alienas, ipsumque dominum multaverit usque ad mortem; sed in genere Studioi acculuntur: die Studenten haben abschaulich gebrülltet, die Studenten haben Thüren und Fenster gestürmet, sich geschlagen, oder einander mordlich trahierte. Qui itaque flagitiis vos distingvere ac nobilitare studetis, vestra res agitur: non loquor nunc de istis, quæ ante menses aliquot peracta sunt, sed quæ adhuc nupere persime statuistis. Vos enim non puduit, conjurata manu, in unius conspirare perniciem, eundem fere ad mortem usque mulcare, & postquam truculentis manibus vestris effugerat, in ipsius hospitium impetum facere, in fores ac fenestras sœvire, ipsumque ædium dominum, injuriis afficere. In proverbio dicitur: ne Hercules quidem contra duos: quis ergo quatuor resisteret armatis? judicate ipsi, an liberalis indolis adolescentibus competit, tam iniquo marte, aliquem aggredi, & consociatis armis, in singulos sœvire? Latronum hæc consuetudo est, ab istis, qui Studiosi nomen sectantur, non imiranda, sed detestanda Necdum hic conjurationis finis: parantur enim similia, aut graviora; jamque sub cineribus ignis gliscit, brevique erumpet, nisi Deus præcaveat, aut in Autores rixarum animadvertisatur. Sunt enim hic, qui abrogatos Penalismi mores, introducere rursus allaborant, numeros vario sub prætextu ab aliis corradunt, illos, qui sponte collum jugo sub-

Subdere recusant, vi, aut merū cogunt; aut si id aperte patrare non  
audent, per subornatos tamen eos coērcere non verentur.

Hoc vitæ genus, Cives non respondet Christianæ morum Doctrinæ, multo minus præsenti temporि. Hoc enim Pacem annunciat omnibus, in terra habitantibus, nemine excluso, nisi qui frivole se ab ista excludit, & abjuratum Christianæ Religionis hostem agit: non enim isti solum Christianæ Doctrinæ hostes sunt, qui Paganam, Judaicam, aut Mahumeranam Religionem profitentur, sed multo magis isti, qui meliora edoēti, pejora sequuntur, & licet Christianum præferant nomen, re ipsa tamen principia Evangelicae doctrinæ evertunt: qui enim tumultus, rixas, odia internecina sestantur, aperte ostendunt, se non Christi, sed Satanæ lectatores esse; hic enim latro est, ac parricida; adeo que quotquot talem vivunt vitam, ex eius schola prodiisse, omnino testantur. Non enim tantum, qui actu trucidant proximum, sed etiam qui inimicitias alunt, & infestum animum retinent, parricidæ sunt. Hinc JOHANNES Ep I. Cap III. 15. Wer seinen Bruder hasset, der ist ein Todschläger, und Ihr wisset, daß ein Todschläger nicht hat das ewige Leben bey Ihm bleibend. Itaque cum videamus, quod nec admonitiones, nec modestæ coērcitiones, quicquam apud Vos valeant, hinc Senatus Academicus decrevit, huic licentiae obicem ponere, & ingravescientibus delictis, acerbiora opponere remedia. Scitote ergo, Relegationem publicam statutam esse, non solum in istos, qui commilitonem, baculo, flagello, aut gladio aggrediuntur, aut ad Duellum provocant, sed etiam in istos, qui alios subornant, & autores flagitorum existunt. Non equidem novum hoc est disciplinæ genus, sed in Legibus vestris, quibus fidem addixisti, majusculis literis, circa finem, expreſsum: non tamen, pro indulgentia nostra, ad hoc, tanquam extreum, semper confugimus, sed in more habemus, pœnitentiæ occasionem ac moram concedere. Ast quoniam lenitas nostra in peccandi licentiam, vertitur, hinc nullus in posterum venia relictus erit locus.

P. P. Sub Sigillo Rectorali,  
Anno MDCCXXXVIII. Die XXV. Dec.





Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de  
/rosdok/ppn1004022174/phys\\_0011](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1004022174/phys_0011)

DFG



hab ich dir erlassen, dieweil du mich batest; Coltesiu denn auch erbarmen über deinen Mitt-knecht, wie ich mich über di met habe?

Hæc ut præfarem, Cives, in causa fuit, invalescens vitæ pestiferi mores, quibus vos addicitis, quiq[ue] instar contagii se in plures successive se diffundere videntur,

Sicut grex totus in agris

Unius scabie cadit, & porrigine porci;

Uvaque conspecta livorem ducit ab uva.

Non de omnibus mihi sermo est: plerique enim Studiosorum & studiis aliquod pretium ponunt, & morum eleganter: itaque ne & isti tandem pravo exemplo invitentur, canobis est mature: præterea iniquum foret, permittere, ut quare sunt peccata, in omnes redundant, & integro studiosæ ordinis maculam imprimant, Vulgo enim non singulorum flagitatur, quasi AESCHINUS aliquis horrendo boatu civitatem refores effregerit, aut in ædes irruerit alienas, ipsumque dominum taverit usque ad mortem; sed in genere Studioſi accusantur: die ten haben abscheulich gebrüllet, die Studenten haben Thüren unster gestürmet, sich geschlagen, oder einander mörderlich tractire, itaque flagitiis vos distingvere ac nobilitare studeris, vestra res non loquor nunc de istis, quæ ante menses aliquot peracta sunt, adhuc nupere persime statuistis. Vos enim non puduit, conjunnu, in unius conspirare perniciem, eundem fere ad mortem usq[ue] rare, & postquam truculentis manibus vestris effugerat, in ipsius imperium facere, in fores ac fenestras sœvire, ipsumque ædiminum, injuriis afficere. In proverbio dicitur: ne Hercules contra duos: quis ergo quatuor resisteret armatis? judicate ipsi beralis indolis adolescentibus, comperat, tam iniquo marte, aliqui gredi, & consociatis armis, in singulos sœvire? Latronum hæc cunctudo est, ab istis, qui Studioſi nomen sectantur, non imitanda, se standa Necdum hic conjurationis finis: parantur enim similis graviora; jamque sub cineribus ignis gliseit, brevique erumpit Deus præcaveat, aut in Autores rixarum animadvertisatur. Sun hic, qui abrogatos Penalismi mores, introducere rursus allaboramus vario sub prætextu ab aliis corradunt, illos, qui sponte collu-

